



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

4. An Hæreticus externus per accidens occultissimus incidat in
excommunicationem Bullæ Cœnæ? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. resolut. 51.
Sed hic tantum primum dubium huius Resol. transcriitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

tissimus Lugo de sac. penit. disp. 30. sect. 2. numero 18.

ubi absolute & absque distinctione ex pluribus Doctoribus me etiam citato firmat, * in dubio non censetur.

Sanch. desumptum à foro externo in quo reputatur, & puniretur ut hæreticus propter præsumptionem fundatam in verbis: est enim clara differentia: nam

in foro externo verba externa probant hæresim internam: & hæc probatio non infirmatur sufficienter, cum nihil afferatur quod in foro externo probet contrarium: atque ideo reputaretur hæreticus simpliciter

& absolute. At vero in foro interno contra præsumptionem fundatam verbis assertur aliquid ejus vim infirmans, nempe conscientia, & testimonium penitentis, dicentis se dubitare de consensu interno:

quod quidem licet in foro externo non crederetur: creditur tamen in foro conscientia, in quo stari debet dicto penitentis: quare creditur, quod verè dubitet de consensu ad hæresim requisito. Et hanc

sententiam Cardinalis Lugo sequitur etiam novissimè Pater Bardi in selectis libr. 6. questione 4. numero 9.

3. Sed ponamus subdit Cardinalis Lugo num. 20. si propter dubium illud inferior absoluit ab hæresi v. g. vel alio peccato reservato & postea penitens

re melius examinata deponat dubium, & recordetur certò peccati commissi; quod erat reservatum, an censetur jam legitimè absolutus, an vero debeat recurre ad superiorem pro absolutione? Videtur dicendum ablatam esse jam reservationem, si juxta id

quod diximus supra disputat. 16. sect. 2. probabile esset quod qui confessus esset peccatum dubium, licet postea recorderetur fuisse certum, non teneatur illud iterum ut certum confiteri, quia jam fuit ab illo directè absolutus sub conditione si fuerat commissum: similiter enim in casu præfenti remanet directè absolutus, quia ille, qui in dubio absoluit ab hæresi peccato

ad hoc maximè absoluit ut si verè fuit peccatum, remittatur, ergo si postea constat fuisse verè peccatum: constat etiam fuisse absolutum directè; ergo non remanet obligatio illud iterum superiori confitendi. Hæc Lugo.

4. Verum ego alibi non ausus sum discedere à communi sententia asserente peccata dubia certò postea cognita debere iterum clavibus Ecclesiæ in confessione subjici.

5. Sed pro curiosis non deseram hic apponere alios duos casus quos affert Bardi loco citato quest. 7. num. 4. ubi sic ait. Colligo quod si aliquis hæreticus internus

discredat plura mysteria fidei, v. g. Trinitatem divinarum personarum, Eucharistiam, incarnationem, &c. & volens deliberata intentione profiteri exterius unum

ex prædictis erroribus, &c. Deum non esse incarnatum, & tamen casu præter suam intentionem profertur, corpus Christi post consecrationem non esse in Eucharistia) colligo inquam ex principiis supra positum talem ita loquentem non esse hæreticum exterius, ita ut incidat in excommunicationem; & per consequens prolationem illam externam non esse casum reservatum: ratio est, quia licet ille voluerit deliberata voluntate exterius manifestare suum errorem, tamen illa manifestatio prout est manifestatio erroris interni circa Eucharistiam, non est libera, & cum neque fuerit manifestatio alterius erroris, sequitur non esse reservatam & quamvis casum hunc apud neminem viderim excogitatum, tamen censeo evidenter inferri posse ex principiis supra positum: similis huic est ille de quo loquitur Sanchez libr. 2. Decal. capite octavo; numero 25. dum ait hæreticum externum non esse eum, qui in somnis aut ebrietate pronunciavit hæresim internam; & ratio quam adducit, est, quia tunc hæresis externa excommu-

nicationi subijcitur, quando procedit ab interna, quod debet intelligi liberè, & modo humano: at hæresis in somnis pronunciata, quamvis aliquomodo procedat ab interna, nihilominus non procedit ab illa modo humano. Sic ego dicam, licet manifestatio illius erroris quo quis credit Christum non esse in Sacramento Eucharistiæ procedat ab errore interno, tamen non procedit ab illo liberè, & modo humano, ideoque non erit casus reservatus.

6. Et hæc omnia dicta esse volo secundum mentem docti, & amicissimi viri. Et quidem communiter asserunt Doctores, Titium v. g. volentem percutere Caium Clericum si casu, vel per ignorantiam percutiat Sempronium Clericum, hoc non obstante incur- rere in excommunicationem.

RESOL. IV.

An Hæreticus externus per accidentem oculissimus incidat in excommunicationem Bulla Cane? Ex part. 6. tractat. 6. & Misc. 1. Resolut. 51. Sed hic tantum primum dubium hujus Resolut. transferi- bitur.

§. 1. Quid primum: Negativam sententiam probabilem esse docet Croufers in Regulam S. Francis, cap. 7. lect. 4. fol. 518. ubi sic asserit Hætenus dictum est Hæreticum externum esse excommunicatum. * An verò omnis externus, etiam occultissimus, sit excommunicatus; cuius scilicet hæresis externa nullo modo probari potest, in foro externo dubitari posset. Sanchez confundens hæc duo externum & manifestum, accipit pro eodem externum & manifestum; vultque omne externum censei manifestum, saltem per se, & saptè natura: sicut è contrario confundens internum & occultum, vult sola interna esse occulta. Verum non videtur mihi in tanta amplitudine accipi debere manifestum; aut sub tanta restrictione occultum; quod hæc acceptio sit contra communem usum. Cum enim dicitur, quod Ecclesia non iudicat de occultis, & quod propterea electio criminis omnino oculi sit valida, non est sermo de peccatis mentalibus. Unde etiam probabile censeo, hæreticum externum, qui saltem denunciari non potest, non esse excommunicatum; neque in re morali de occulto censendum metaphysicè, sed moraliter. Ita Croufers.

2. Sed hanc sententiam refellendam esse puto: & ideo illam rejicit Fagundes de Præcept. Eccles. tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 7. & seg. Hurtadus de Mendoza de fide, vol. 1. disput. 83. sect. 4. §. 36. Suarez disp. 21. sect. 2. num. 6. Azotius tom. 1. lib. 2. cap. 8. num. 6. & alij communiter. Et ratio est, quia Ecclesia habet jurisdictionem ad puniendos suos ob crimina occulta pœnis, quibus possint frangi ab eis admittendis; sed id hæc in parte eam fecisse constat, quia excommunicatio lata est in omnes hæreticos, excepto nullo, qui sit in jurisdictione fori externi; ergo, &c. Major probatur; quia illa delicta sunt verè sensibilia, & externa; contingeretque potuit, ut aliquis adesset. Secundò quia aliàs nec occultus percussor Clerici ignotus ipsi Clerico, vel etiam notus, excommunicatione teneretur: immò & occultus homicida non esset irregularis; aliàque id genus sequuntur absurda.

3. Dices primò hæresim mentalem esse tam per accidens occultam, quam externam, & tamen quia est occulta, non meretur excommunicationem: ergo nec occulta per accidens. Probo majorem: quia hæresis mentalis est per se cognoscibilis à iudice, quia per se potest hæreticus eam asserere: & potuit adesse testis hæresis externæ. Nego majorem. Ad probationem respondeo, hæresim mentalem per se nec posse percipi

Tom. V.

Sup. hoc m. a. gis hæc sit. perius in tr. 2. Ref. 5. & in aliis vers. primæ not.

Sup. hoc in Ref. leg. s. t. ad medium. vers. Quat. tus licet & infra lege doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

Sup. hoc in Ref. 14. seg. doctrinam Ref. 7. & seg. pr. in tract. 1. Ref. 14.

à iudice nec hæreticus potest eam per se ostendere, sed per signum exterius, quod per se est obiectum sensus, ex cuius sensatione mens percipit hæresim: à nullo autem signum esse perceptum, est, non ob defectum signi, sed auditium: mentalem verò hæresim non percipi, non est ob defectum absentiam, sed ex defectu ipsius hæresis, quæ non est obiectum sensus, est ergo discrimen apertum.

4. Dices secundò hæresim occultam esse physicè cognoscibilem, non tamen civiliter & more forensis in foro enim, quæ testibus caret, perinde sunt, ac si non essent externa. Quid enim interest eorum exterioritas, nisi possint in iudicio aut probari, aut saltem iudicari? Respondeo, eo argumento probari non posse in foro pœnam nullam infligi ob testium defectum: omnis enim iudex pœnam infligit in iudicio per sententiam, quæ ferri debet secundum allegata & probata. At verò excommunicatio lata à iure vel homine ob delictum futurum, non servat omnes leges fori, nec est more iudiciario: sed præcævet ius, ne peccata patrentur. At propterea minus agitur cum hæretico occulto, quàm cum manifesto. Medicina autem illa æquè curat utrumque. Non est igitur sententia affirmativa, ut voluit Croufers probabilis: immò falsa, & nullo modo in praxi secuta.

5. Dicendum est igitur, quòd Ecclesia per leges imponit censuras, & alias pœnas ipso facto pro omni peccato hæresis sub sua iurisdictione comprehenso: siquidem loquitur in talibus legibus generaliter & sine ulla limitatione, atqui omne peccatum hæresis externum etiam per accidens occultum est sub iurisdictione Ecclesiæ: ergo omne etiam per accidens occultum puniatur ab Ecclesia. Quod autem Ecclesia possit punire hæresim externam quantumcumque occultissimam probatur: quia hæresis, eo ipso quòd externa, & sensibilis est, cadit sub iurisdictionem Ecclesiæ, neque enim iurisdicção, siue potestas puniendi pendet à cognitione, quamvis aliquando pendeat effectus, siue actus puniendi: ergo benè poterit Ecclesia punire talem hæresim externam per sententiam generalem, & per legem, quia hic modus puniendi non requirit cognitionem publicam actualem in iudice, vel legislatores, sed satis est, quòd sit notum ipsi hæretico, quòd pœna inflicta hoc modo infligitur quasi sub conditione, si hoc feceris, ac proinde nullum periculum est, quòd possit iniuste infligi, si aliunde iusta sit ex defectu cognitionis: quod periculum unica ratio est, cur cognitio ad sententiam particularem requiratur, cum hoc non inferat pœnam quasi sub conditione, sed absolute, ut mos est: Ergo, &c.

RESOL. V.

An in aliquo casu quis non incidat in excommunicationem, etiam si proferat exterius hæresim externam? Et an hæreticus, purè mentalis incurrat in excommunicationem?

Et an hæreticus purè externus, qui mente non negat fidem, non incurrat in censuram, ita ut possit à quolibet Confessario absolvi in foro conscientie? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 140.

§. 1. **A**D hanc quæstionem ita respondet Iacobus Granado in 2. 2. D. Thoma contr. 1. tract. 15, diff. 13. num. 14. Dubitari solet, an contingere possit, ut quis exterius proferat hæresim internam, quin subiacet censuris Ecclesiæ, præsertim excommunicationi? Respondetur affirmanter. Et quidem primus casus est, quando illam manifestaret solum ad petendum consilium, vel ad illam aperiendam Confessario. Ita Aragon §. sed dubium est. Similiter, qui illam scribe-

ret inter sua peccata, ut manifestaret Confessario: etenim totum hoc non est formaliter se manifestare hæreticum, sed querere medicinam criminis omnino indeliberatè; & absque ulla advertentia exterius dicere hæresim; hic enim actus non est humanus, ac lim. 1. proinde nulla illius ratio habenda est ad incurrendam ullam pœnam. Imò Henriquez statim referendus ait, & non reservari, aut subijci excommunicationis pœnam, nisi quod secundum quantitatem operis externi, ex quo constet esse mortale, dicique esse multorum rectorum. Addunt etiam alij, & benè, non incurritur pœnas hæreticorum illum, qui exterius manifestaret hæresim cum deliberatione, quæ tantum sufficeret ad inchoandum peccatum veniale. Tertius, si quis iocose tantum, & non assertivè eam proferret, & aliqui esset homo, de quo hæresis præsumi non posset. Ita Victoria, quem refert, & videtur sequi Simancas de Censuris 2. h. institutionibus tit. 42. num. 10. Quartus, licet alij contra sentiant, videtur valde probabile, non incurri pœnas ab hæretico mentali, qui efficeret aliquid signum exterius, ex quo nullus alius, si esset præsens, non posset probabiliter colligere, illum esse hæreticum, quamvis, qui illud profert, haberet animum exterius illam proferendi. Ita Henricus lib. 6. sum. c. 14. n. 6. litt. J. Colligitur planè ex Castro 2. de iusta hæreticorum punitione, cap. 18. ubi ait, solos illos hæreticos excommunicationi subiacere, qui hæresim mente conceptam manifestant, ut si qui esset tunc præsens, posset cognoscere, illum lapsum esse in talem hæresim; & Banez supra ait, non incurri excommunicationem ab eo, qui exterius signum efficeret, quod secundum se, aut ex circumstantiis non esset sufficiens ad explicandum errorem. Probatur, quia propterea Ecclesia non punit hæresim penè mentalem, quia non potest ab illo cognosci, præter quam ab habente illam; sed idem est, quando signum ne probabiliter quidem potest alteri manifestare hæresim: ergo perinde reputandus est, ac si foret hæreticus mentalis. Vnde si quis hæreticus exterius moveret caput, quando nullus posset illo modo colligere, id fieri ad proficiendam hæresim, non incurreret pœnas; secus verò, si ille disisset, se uti illo signo ad hæresim suam proficiendam, quia jam latius se declaravit. Denique alij dicunt, non incurri excommunicationem ab hæretico mentali, qui solum recitativè profert hæresim suam, dicendo; Ego habui in mente mea istum actum hæresis. Quod quidem probabile valde videtur, si nullatenus inde colligi posset, adhuc eum in errore permanere, & juxta hoc intelligi, quod tenet Azor lib. 8. cap. 10. quæst. 6. & hæc omnia docet Granado ubi supra.

2. Notandum est tamen hic obiter primò contra Synchronum Panormitanum, Ioannem Andream, Ananiam, Felicitum, & ceteros Canonistas in cap. n. de hæresi. Rel. 1. litt. Adrianum in 4. quæst. 2. de confessione. §. Alij probant, Albertum Pighium lib. 6. de Ecclesiæ Hierar. cap. 16. Al. a pœna excommunicationis abstinere. asser. quæst. 33. Rojas de hæresi. Solum part. 1. num. 246. Menochium de arbitriis cas. 360. num. 6. Azevedum in recopil. lib. 8. tit. 3. leg. 1. num. 152. Spino in speculo testam. gl. 7. principali num. 3. cum seq. & alios, hæreticum purè mentalem non incurtere in excommunicationem, quia Ecclesia non habet iurisdictionem in actus, qui nullo modo possunt esse exterius cogniti, regimen enim illius est visibile; ergo debet versari circa objecta visibilia. Ita DD. communiter.

3. Nota secundò contra Cajetanum in 2. 2. quæst. 94. quia hæreticum purè externum, qui mente non negat fidem, non incurtere in censuram; optimè, ut observat cum communi Mercerus de Sacram. in 3. part. D. Thoma q. 66. art. 9. num. 4. Quare poterit à quolibet Confessario